am ⁊ ūitatem
tuā: ipsa me de
duxerunt ⁊ ad
duxerunt i mō
tē scm tuū. ⁊ i
tabnacła tua.
Et introibo ad
altare dei: ad
deum qui leti
ficat iuventu

tem meam.
Confitebor t̄ i
cythara d̄s d̄s
meus: q̄r triſti
es a̅ia mea et
q̄r ꝯturbas me.
Spera in deo
qm̄ adhuc ꝯ
fitebor illi: ſa
lutare uultus
mei ⁊ d̄s m̄s.
a. Salutare
uultus mei et
d̄s m̄s. a. Quo
niam. pſalmū.
Miſerere me
i d̄s miſe
rere mei: qm̄

in te confidit
anima mea.
Et in umbra
alarum tuaꝝ re
ſp̄abo: donec
trāſeat iniq̄tā
Clamabo ad
deum altiſſimū:
deum qui bn̄
fecit michi.
Miſit de celo ⁊
lib̄auit me:
dedit i obpro
brium cōculcā
tes me.
Miſit d̄s mi̅aꝫ
ſuam ⁊ ueritatē
ſuam: et eri

100

100

puit aīaȝ meā de medio catulorum leonū: dormiui contᵗbatus.

Filij hominuȝ dētes eoȝ arma ⁊ sagitte: et lingua eorum gladius acutus.

Exaltare sup̄ celos deus: et in omni terra gloria tua.

Laqueū parauerunt pedibꝫ meis: et incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciē meā foueam: et inciderunt in eā.

Paratum cor meum deus parᵗ cor meū: cantabo et psalmū dicam.

Exurge gl'a mē exurge psalterium et cythara. exurgā diluculō.

Confitebor t̄ i pplis domine ⁊ psalmum di cam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata est usque ad celos misericordia tua: et usque ad nubes veritas tua.

Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua. a. Quoniam in te confidit anima mea.

a. Cunctis diebus. canticum

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quesivi residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viventium.

Non aspiciam hominem ultra: et habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est et convoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.

Precisa est velud a texente vita mea: dum a adhuc ordirer succidit me: de mane usque ad vesperam finies me.

Sperabam usque ad mane: quasi leo sic contrivit omnia ossa mea.

De mane usque ad vesperam finies me: sicut pullus hirundinis sic clamabo: meditabor ut columba.

Attenuati sunt occuli mei: suspicientes in excelsum.

Domine vim patior responde pro me quid dicam: aut quid respondebit michi cum ipse fecerit.

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine si sic vivitur: et in talibus vita spiritus mei corripies me et vivificabis me: ecce in pa ce amaritudo mea amarissĩa. Tu autē eruisti aĩam meã ut nõ periret: proiecisti post tergum tuũ oĩa peccata mea. Quia nõ infernus cõfitebitur tibi: neque mors laudabit te: nõ expectabunt qui descendunt i lacum ũitatē tuã. Viuēs ui .a. uēs ipē cõfitebitur tibi. sicut et ego hodie: pr̃ filiys notã faciet ũitatē tuam.

Dñe saluum me fac: ⁊ psalmos nr̃os cantabimus cũctis diebꝰ uite nr̃e in domo dñi. .a. Cunctis diebꝰ uite nr̃e. saluos fac nos dñe. .a. Omnes angeli eiꝰ laudate dominũ de celis. p̃. L. a. ℟. abr̃ Sana animã

Ales diei nuncius. lucem propinquam precinit. nos excitator mentium. iam Christus ad vitam vocat.

Auferte clamat lectulos. egro sopore desides. castique recti ac sobrii vigilate iam sum proximus.

Iesum ciamus vocibus flentes precantes sobrii intenta supplicatio dormire cor mundum vetat.

Tu Christe somnum discute. tu rumpe noctis vincula. tu solve peccatum vetus. novumque lumen ingere.

Deo patri. ℣. Repleti sumus. Ant. Ad Ben. Ant. Erexit nobis dominus cornu salutis in domo David pueri sui. Psal. Benedictus. Feria iiii. Invitatorium.


In manu tua
domine. Omnes
fines terre. Ps.
Venite. Ymnum.
Rerum
creator opti

me. rector noster aspice. nos a quiete noxia mersos sopore libera.

Te sancte Christe poscimus ignosce tu criminibus ad confitendum surgimus moras que noctis rumpimus.

Mentes manus que tollimus propheta sicut noctibus nobis gerendum precipit. Paulus

q̄ gestis cessat
Videns mala
q̄d gessimus.
occulta nostra
pandimus: p̄
ces gementes
fundimus. Di
mitte quod
peccavimus.
Pr̄a p̄r piissime
patriq̄ cōp. In
primo noct. a.



Da nob' do[m]ine.



E u o u a e. Alleluia.



E u o u a e. psalmus



eus
re
pu
lis
ti
nos et destru
xisti nos: iratus
es et misertus
es nobis.
Commovisti ter
ram et conturba
sti eam: sana
contritiones eius
quia commota est.

Ostēdisti p̄plo
tuo dura: potᵃ
sti nos uino ꝯ
punctionis.
Dedisti metuē
tibꝰ te significā
tionē: ut fugi
ant a facie arcꝰ
Ut liberentur di
lecti tui: saluū
fac dexterā tua
et exaudi me.
Deus locutus
est in scō suo:
letabor et par
tibor sichimā.
et cōuallē tab
naculorum
metibor.
Meus est gala
ad et m̄s est
manasses: et
effraẏ fortitu
do capitis mi
Iuda rex m̄s:
moab olla spe
i mee.
In idumeā ex
tēdam calcia
mētū meum:
michi alienige
ne subdita sunt
Quis deducet m̄
in ciuitatem
munitā: quis
deducet me usꝫ

in idumeam.
Nonne tu deus
qui repulisti
nos: et non egre
dieris deus in vir
tutibus nostris.
Da nobis auxili
um de tribula
tione: quia vana
salus hominis.
In deo faciemus
virtutem: et ip
se ad nichilum
deducet tribu
lantes nos. Ps.
Exaudi
deus deprecatio
nem meam: in
tende orationi mee.
A finibus terre
ad te clamavi: dum
anxiaretur cor
meum in petra
exaltasti me.
Deduxisti me
quia factus es spes
mea: turris
fortitudinis
a facie inimici.
Inhabitabo in
tabernaculo tuo
in secula: prote
gar in velamen
to alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus
exaudisti oratio

nem.

nē meam: dedi
sti hēditatē tim
entib; nomē tuū.
Dies sup dies
regis adicies:
annos eius usq;
in diē gñatōis
et generationis.
Permanet in e
ternum i cōspec
tu dei: miām
et veritatē eiꝰ
quis requiret.
Sic psalmum
dicam nomini tᵒ
in sclm secli:
ut reddam vota
mea de die i die.



Da nob dn̄e



auxilium de tri



bulatione. ℟.



Benedicite gētes



Tertius. psalm̄

Nonne deo
subiecta e
rit anima mea:

ab ipso enim salutare meum.

Nam et ipse deus meus et salutaris meus: susceptor meus non movebor amplius.

Quousque irruitis in hominem: interficitis universi vos: tamquam parieti inclinato et macerie depulse.

Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere: cucurri in siti: ore suo benedicebant et corde suo maledicebant.

Verumtamen deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse deus meus et salvator meus: adiutor meus non emigrabo.

In deo salutare meum et gloria mea: deus auxilii mei et spes mea in deo est.

Sperate in eo omnis

cōgregatiō ppli ⁊ effundite coram illo corda uestra: deus adiutor noster in eternum.

Uerumtamen uani filij hominum: mendaces filij hominum in stateris: ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate: et rapinas nolite concupiscere: diuitie si affluant nolite cor apponere.

Semel locutus est deus duo hec audiui: quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. diui.

Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Dicite deo quam terribilia sunt

opera tua domine: in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te et psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Venite et videte opera dei: terribilis in consiliis super filios hominum.

Qui convertit mare in aridam: in flumine pertransibunt pede: ibi letabimur in ipso.

Qui dominatur in virtute sua in eternum: oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.

Benedicite gentes deum nostrum: et auditam facite vocem laudis eius.

Qui posuit animam meam ad vitam: et non de dit in cōmotiō nē pedes meō.

Qm ꝓbasti nos deus: igne nos examinasti sic̄ examinatur argentum.

Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulatiões in dorso nō stro: imposuisti homines sup̄ capita nostra.

Transivimus per ignē ⁊ aq̄: et eduxisti nos in refrigerium.

Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam t̄ uot̄ mea q̄ distinxerunt labia mea.

Et locutum ē os meum: in t̄bulatiōe mea.

Holocausta medullata offeram tibi cuꝫ icenso arietuꝫ: offeram tibi boues cū hircis.

Venite audite et narrabo oēs qui timetis de um: quanta fecit anime mee.

Ad ipsum ore meo clamavi: et exaltavi sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet dominus.

Propterea exaudivit deus: et attendit voci deprecationis mee.

Benedictus deus: qui non amovit orationem meam et misericordiam suam a me. .i.


Benedicite
gentes deum
nostrum. .i. In
ecclesiis. E o E

Exurgat ps. deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut defic̄ fumus deficiat: sicut fluit cera a facie ignis. sic pereant peccatoẽs a facie dei.

Et iusti epulẽtur et exultẽt in ꝯspectu dei: ⁊ delectẽt in letitia.

Cantate dõ psalmum dicite nomini eius: itẽ facite ei qui ascẽdit super occasum: dominus nomẽ illi.

Exultate in ꝯspectu eius: turbabuntur a facie eius pr̃is orphanoꝝ et iudicis viduaꝝ.

Dẽs in loco scõ suo: dẽs qui inhabitare facit unius mõis ĩ domo.

Qui educit vĩctos ĩ fortitudine: similiter eos qui exasperant qui habitant ĩ sepulcris.

Deus cum egredereris in

conspectu ppli
tui: cum pertrā
sires i deserto.
Terra mota ė
et ėm celi di
stillauerunt a
facie dei syna
y: a facie dei
israhel.
Pluuiam uo
luntarīam se
gregab' deus
hereditati tue
et infirmata ė
: tu uero pfec
cisti eam.
Aīalia tua ha
bitabūt i ea:
parasti in dul
cedine tua pa
uperi deus.
Dn̄s dabit u̇
bum euange
lizantibus:
uirtute multa.
Rex uirtutum
dilecti dilecti:
et spēi domus
diuidere spolia.
Si dormiatis
int̄ medios
cleros: penne
columbe deaR
gentate: et pos
teriora dorsi ei'
i pallore auri.

Dum discernit
celestis reges
super eam: in
nive dealbabuntur
in selmon: mons
dei mons pinguis.
Mons coagulatus
mons pinguis:
ut quid suspi
camini montes
coagulatos.
Mons in quo bene
placitum est deo
habitare in eo:
etenim dominus
habitabit in finem.
Currus dei dece
milibus multi
plex milia le
tantium: dominus
in eis in syna
y in sancto.
Ascendisti in al
tum: cepisti ca
ptivitatem: ac
cepisti dona in
hominibus.
Et enim non cre
dentes: inhabita
re dominum deum.
BE duusi°.
nedictus
dominus die coti
die: prosperum iter
faciet nobis deus
salutarium nostrorum.

Deus noster deus salvos faciendi: et domini domini exitus mortis.

Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

Dixit dominus ex basan convertam: convertam in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderunt ingressus tuos deus: ingressus dei mei regis mei qui est in sancto.

Prevenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuvencularum tympanistriarum.

In ecclesiis benedicite deo domino: de fontibus israel.

Ibi beniamin adolescentulus: in mentis excessu.

Principes iuda

duces eorum
: pncipes zabu
lon pncipes
nepbthali.
Manda ds uir
tuti tue: cofir
ma hoc ds qd
operatus es i
nobis.
A tẽplo tuo in
ierlm: tibi offe
rẽt reges munẽa.
Increpa feras
arundinis: ꝯ
gregatio tauro
rorum i uacci
ꝓplorum: ut ex
cludant eos q

ꝓbati sũt argẽto.
Dissipa gẽtes
que bella uolũt:
ueniẽt legati ex
egypto: ethio
pia pueniet ma
nus eius deo.
Regna terre cã
tate deo: psal
lite domino.
Psallite deo q
ascẽdit sup ce
lum celi: ad
orientem.
Ecce dabit uo
ci sue uocẽ uir
tutis: date gli
am deo super

israel: magnificentia eius et virtus eius in nubibus.

Mirabilis deus in sanctis suis: deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue: benedictus deus. antiphona.



In ecclesiis benedicite dominum.

de resurrectione .i.



Alleluya alleluya alleluya.

R.

R. P [illegible]

tuo. Lectio brevis.

Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum. Quoniam invenitur ab hys qui non temptant illum. apparet autem eis qui fidem habent in illum.

℟.

In ii° noct. a.



Alleluya. ant.



Querite domi



num.



Salvum me fac Deus: quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi: et non est substantia. Veni in altitudinem maris: et tempestas demersit me. Laboravi clamans: rauce facte sunt fauces mee: defe

cerunt oculi
mei dum spero
in deum meum.
Multiplicati sunt
super capillos
capitis mei: qui
oderunt me gratis
Confortati sunt
qui persecuti sunt
me inimici mei
iniuste: que non
rapui tunc ex
soluebam.
Deus tu scis in
sipientiam meam:
et delicta mea
a te non sunt
abscondita.

Non erubescant
in me qui ex
pectant te domine
: domine uirtutum.
Non confundantur
super me: qui
querunt te de
us israel.
Quoniam propter te sus
tinui obprobrium:
operuit confusio
faciem meam.
Extraneus factus
sum fratribus meis:
et peregrinus fili
is matris mee.
Quoniam zelus domus
tue comedit

me: et obprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam: et factum est in obprobrium mihi.

Et posui uestimentum meum cilitium: et factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: et in me psallebant qui bibebant uinum.

Ego uero orationem meam ad te domine: tempus beneplaciti deus.

In multitudine misericordie tue exaudi me: in ueritate salutis tue.

Eripe me de luto ut non infigar: libera me ab hys qui oderunt me: et de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aque: neque

absorbeat me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.

Exau. diuiº di me domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne avertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.

Intende anime mee et libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum et confusionem meam: et reverentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me: improperium expectavit cor meum et miseriam.

Et sustinui qui simul contrista

rē

retur ⁊ nō fuit: et qui cōsolaretur ⁊ nō inueni.

Et dederunt i escam meā fel: et in siti mea potauerunt me aceto.

Fiat mēsa eorū corā ipsis in laqueum: ⁊ i retributiōes et i scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne uideant: et dorsum eorum sēper incurua.

Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue cōprehēdat eos.

Fiat habitatio eorum deserta: ⁊ in tabernacul̄ eorum nō sit qui inhabitet.

Qm̄ quē tu percussisti persecuti sunt: ⁊ sup dolorē uulnerum meorum addiderunt.

Appone iniquitatē super iniquitatē eorum: ⁊ non intret in iustitiam tuam.

Deleantur de libro uiuentium: et cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.

Laudabo nomen dei cum cantico: et magnificabo eum in laude.

Et placebit deo super uitulum nouellum: cornua producentem et ungulas.

Videant pauperes et letentur: querite deum et uiuet anima uestra.

Quoniam exaudiuit pauperes dominus: et uinctos suos non despexit.

Laudent illum celi et terra: mare et omnia reptilia in eis.

Quoniam deus saluam faciet syon: et hedificabuntur

ciuitates iude.
Et inhabitabūt
ibi: 7 hereditate
acquirent eam.
Et semē seruor
eius possidebit
eam: 7 qui di
ligunt nomē
eius habitabūt
in



ea.

a. Querite



dominum 7 ui



uet anima uŕa.



a. Domine



deus. E o E

Deus in ad
iutorium
meum intēde:
dne ad adiu
uandum me
festina.
Confundantur
et reuereantur:
qui querunt
animam meam.
Auertantur re
trorsum 7 eru

beſcant: q̄ uo
lunt m̄ mala.
Auertantur ſt̄
tim erubeſcētes
: qui dicunt m̄
euge euge.
Exultēt ꝛ letē
tur in te oēs q
querunt te: et
dicant ſēp mag
nificetur dñs.
qui diligunt
ſalutare tuū.
Ego uō egenꝰ
et pauper ſum
: dēs adiuua me.
Adiutor meus
et liberator m̄s

eſtaris: domine
ne moreris. Ps.
In te domine
ſperaui nō ꝯ
fundar in eter
num: in iuſti
cia tua libera m̄
et eripe me.
Inclina ad me
aurem tuam:
et ſalua me.
Esto michi in
deum p̄tectorē:
ꝛ in locum mu
nitum: ut ſal
uum me faciaſ.
Qm̄ firmamtū
meū: ꝛ refugi

um meum es tu.

Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra legem agentis et iniqui.

Quoniam tu es patientia mea domine: domine spes mea a iuventute mea.

In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris mee tu es protector meus.

In te cantatio mea semper. tanquam prodigium factus sum multis. et tu adiutor fortis.

Repleatur os meum laude: ut cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.

Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.

Quia dixerunt

inimici mei mihi: et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum.

Dicentes deus dereliquit eum: persequimini et comprehendite eum: quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris a me: deus meus in auxilium meum respice.

Confundantur et deficiant detrahentes anime mee: operiantur confusione et pudore qui querunt mala michi.

Ego autem semper sperabo: et adiciam super omnem laudem tuam.

Os meum annuntiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.

Quoniam non cognovi litteraturam: introibo in potentias domini: domine memorabor iustitie tue solius.

Deus docuisti me a iuuentute mea et usque nunc: pronunctiabo mirabilia tua.

Et usque in senectam et senium: deus ne derelinquas me.

Donec annunctiem brachium tuum: generationi omni que uentura est.

Potentiam tuam et iustitiam tuam deus: usque in altissima que fecisti magnalia: deus quis similis tibi.

Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas: et conuersus uiuificasti me: et de abissis terre iterum reduxisti me.

Multiplicasti magnificentiam tuam: et conuersus cõsolatꝰ es me

Nam ⁊ ego cõfitebor tibi in uasis psalmi ueritatẽ tuam ds: psallam tĩ in cythara sc̃tus israhel.

Exultabunt labia mea cũ cantauero tibi: ⁊ aĩa mea quã redemisti.

Sed ⁊ lingua mea tota die meditabit̃ iustitiam tuam: cũ confusi ⁊ reuereatur fuẽint qui querunt mala michi.



Domine deus



in adiutoriũ me



ũ intẽde. Q tz



bonus. E u o u a e

Deus ps.

Iudicium tuum regi da:

et iustitiā tuā
filio regis
Iudicare ppl'm
tuum in iusti
tia: ⁊ pauperes
tuos in iudicio.
Suscipiant mō
tes pacē pplō:
⁊ colles iusti
ciam.
Iudicabit pa
uperes ppli: ⁊
salvos faciet
filios pauper
⁊ humiliabit
calumpniatorē.
Et permanebit
cum sole ⁊ an
lunam: in ge
neratione et
generationē.
Descēdet sicut
pluuia in vell'
et sicut stillici
dia stillantia
super terram.
Orietur in die
bus eius iusti
tia ⁊ abundan
tia pacis: do
nec auferatur
luna.
Et dominabi
a mari usque
ad mare: et a
flumine usq

ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent.

Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona adducent.

Et adorabit eum omnes reges terre: omnes gentes servient ei.

Quia liberabit pauperem a potente: et pauperem cui non erat adiutor.

Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum salvas faciet.

Ex usuris et iniquitate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet et dabitur ei de auro arabie: et adorabunt de ipso semper: to ta die benedicent ei.

Et erit firmamentū i t̄ra i sūmis mōtium: sup̄ extolletur sup libanum fructus eius: ⁊ florebunt de cītate sicut fenū terre.

Sit noīn eius bñdictum i secula: ante solem permanet nomen eius.

Et bñdicētur in ipso omnes tribus terre: oēs gentes magnificabūt eū.

Bñdictus dominꝰ deus isrl̄: qui facit mirabilia solus.

Et bndictum nomē maiestatis eius in eternum: ⁊ replebit maiestate eius oīs t̄ra fiat fiat. ps.

Quam bonꝰ isrl̄ deus: hys qui recto sunt corde.

Mea autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelaui sr̄ iniquos: pacē pccorum uidēs.

Quia nō ē respectus morti eorum: et firmamē tū in plaga eorū.

In labore hoīnum nō sunt: ⁊ cū hoībꝰ non flagellabunt̄.

Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate ⁊ impietate suā.

Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: trāsierunt in affectum cordis.

Cogitauerunt ⁊ locuti sunt nequitiam: iniqtatem in excelso locuti sunt.

Posuerunt in celum os suū: et lingua eorū transiuit in trā.

Ideo conuertet̄ ppl's meus hic:

et dies pleni
inuenientur in eis.
Et dixerunt quo
modo scit deus:
et si est scienti
a in excelso.
Ecce ipsi peccatores
et habundan
tes in seculo: obti
nuerunt diuitias.
Et dixi ergo si
ne causa iusti
ficaui cor meum
et laui inter in
nocentes ma
nus meas.
Et fui flagella
tus tota die:

et castigatio
mea in matutinis.
Si dicebam narra
bo sic: ecce na
tionem filiorum tu
orum reprobaui.
Existimabam ut
cognoscerem hoc
labor est ante me.
Donec intrem in
sanctuarium dei:
et intelligam in no
uissimis eorum.
Verumtamen propter
dolos posuisti
eis: deiecisti e
os dum alle
uarentur.

Quomodo fc̄i sunt in desolatōem subito d'fecerunt: perierunt propter iniquitatē suā.

Velud somniū surgentium: dn̄e in ciuitate tua ymaginē ipsorum ad nichilū redigē.

Quia inflammatum est cor meū: ⁊ renes mei cōmutati sunt: ⁊ ego ad nichilū redactus sum et nesciui.

Ut iumētū fc̄s sū apud te: ⁊ ego semper tecum.

Tenuisti manū dexterā meā: et ī uoluntate tua dedux̄isti mē: et cum gloria suscepisti me.

Quid ēim m̄ ē in celo: ⁊ a te quid uolui super terram.

Defecit caro mea et cor meum: deus cordis mea ⁊ pars mĩa deus in eternũ.

Quia ecce qui elõgant se a te peribunt: pdidisti ōs qui forñicantur abs te.

Michi autē adhẽre deo bonũ est: ponẽ i dño deo spē meam.

Ut annũtiē omnes pdicatões tuas: i portis filie syon.



.a. Quã bonꝰ



deus israhel. .a.



Alleluia al



leluia alleluyã.

capitulum. c.

Beati q habitãt in domo tua domine.

Ad laudes. .a.

Amplius lava me domine ab iniustitia mea. ps. Misc. .a. A Timore. psalmus.

Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram: ut sagittent in occultis immaculatum.

Subito sagittabunt eum et non timebunt: firmaverunt sibi sermonem nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos: dixerunt quis videbit eos.

Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: et exaltabitur deus.

Sagitte parvulorum

fce

facte sunt plage eorum: et infirmate sunt contra eos lingue eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: et timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera dei: et facta eius intellexerunt.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

Ant. A timore inimici eripe domine animam meam. Ant. Te decet. Ps. lxiiii.

Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in ierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prevaluerunt super nos: et impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit

bit i a͛tis tuis.

Replebimur i bonis domus tue: sc̄m ē templum tuū mirabile in equitate.

Exaudi nos ds̄ salutaris nr̄: spes omnium finiū tire ⁊ i mari longe.

Preparans mōtes in uirtute tua accinctus potētia: qui ɔturbas pfūduꝫ maris sonuꝫ fluctuum eius.

Turbabūt gētes et timebunt q habitant timinos a signis tuis: exitus matutini ⁊ uespere delectabis.

Uisitasti terram et inebriasti eā: multiplicasti locupletare eam.

Flumē dei repletū ē aquis. parasti cibum illorum. qm̄ ita ē pparatio eius.

Riuuos eius
inebria mul
tiplica genimi
na eius: in sti
licidys eius
letabi' germinas.
Benedices cōne
anni benigni
tatis tue: et ca
pi tui replebū
tur ubertate.
Pinguescent
speciosa deserti
: et exultatiōe
colles accīgēt'.
Induti sunt a
rietes ouium:
et ualles habū
dabunt frumē
to: clamabūt
et enim ymnū
dicent. a. Te
decet ymnus ds
in syō. a. Do
minus. Cantici.

Exultauit
cor meum
in domino:
et exaltatum
est cornu me
um i deo meo.
Dilatatum ē
os meum sup
inimicos me
os: quia letata
sum in saluta

in tuo.

Non est sc̄s ut est dominus: neq enim est alius ext̄ te: et nō est fortis sicut ds̄ nr̄.

Nolite multaplicare loqui sublimia: gloriantes.

Recedant uetera de ore uestro: qr ds̄ scientiarum dn̄s est: ⁊ ipi preparantur cogitationes.

Arcus fortiu superatus est: et infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius pro panib; se locauerunt: ⁊ famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos: et q̄ multos habebat filios infirmata est.

Dominus mortificat ⁊ uiuificat: deducit ad inferos et

reducit.
Dominus pau
perem facit et
ditat: humili
at ⁊ sublevat
Suscitat de
pulvere egenũ:
et de stercore e
levat pauperem.
Ut sedeat cum
principib; et
solium glorie
teneat.
Domini enim sunt
cardines terre ⁊
posuit super e
os orbem.
Pedes scõrum

suorum seruab
: et impii in te
nebris contice
scẽt: quia nõ in
fortitudine su
a roborabitur
uir.
Dominum formida
bunt adũsari
i eius: et sup
ipsos in celis
tonabit.
Dominus iudicabit
fines terre: et
dabit imperium
regi suo: ⁊ su
blimabit cor
nu xpi sui

123

Dominus iudicabit fines terre.

.a. Ortu celorum laudatur deum. ps. Laudate. Cap.

Sana animam quia peccavi tibi. Ego dixi

Nox et tenebre et nubila. confusa mundi et turbida: lux intrat albescit polus: christus venit discedite.

Caligo terre sciditur. percussa solis spiculo. rebusque iam color redit. vultu nitentis syderis.

Te christe solum novimus. te mente pura et simplici: flendo et canendo quesumus: intende nostris sensibus.

Sunt multa fucis illita: que luce purgentur tua: tu lux eoi syderis. vultu sereno illumines.

Deo patri. ℣. R qsc.

.ad ben. .a. O E

manu omniũ q
oderunt nos libe
ra nos domine.

Feria
quinta



Invita. Dõm



nuz q fecit nos.



Venite a dore



mus. Ymnus.



Nox atra



rerum cõtegi-
tegit colores
omniũ. nos cõ
fitentes posci
mus. te iuste
iudex cordiũ.
Ut auferas pi
acula. sordes
q̃ mentis ablu
as: donesq
xp̃e grãm. ut
arceantur cri
mina.
Mẽs ecce torpet
impia: quam
culpa mordet

nocta. obscūa gestat tollere. et te redēptor querere.

Repelle tu caliginē. intrinsecus q̄ maxime: ut in beato gaudeant se collocari luīe.

Prā p̄r pyssīe.

In primo. n̄. . i.



Liberasti virgā



e o e. i. Alleluya. E o e. Ps.





Ut qd̄ d̄s repulisti in finem: iratus ē furor tuus super oues pascue tue.

Memor esto cōgregatiōis tue quam possedisti ab initio.

Redemisti vir

gam hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo

Leva manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.

Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tue.

Posuerunt signa sua signa: et non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.

Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies feſtos dei a terra.

Signa noſtra non uidimus: iam non eſt propheta: et nos non cognoſcet amplius.

Uſque quo deus improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomen tuum in finem.

Ut quid auertis manum tuam et dexteram tuam: de medio ſinu tuo in finem.

Deus autem rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terre.

Tu confirmaſti in uirtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.

Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis ethiopum.

Tu dirupiſti fontes et torrentes: tu ſiccaſti fluuios ethan.

Tuus est dies et tua est nox: tu fabricatus es auroram et solem.

Tu fecisti omnes terminos terre: estatem et uer tu plasmasti ea.

Memor esto huius inimicus improperabit domino: et populus insipiens incitauit nomen tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi: et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.

Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.

Exurge deus iudica causam tuam: memor

esto impꝓperior
tuorum eorũ
que ab insipi
ente sunt tota
die.
Ne obliuiscarꝭ
uoces inimicō
rum tuorum:
superbia eorũ
qui te oderunt
ascẽdit sẽp. ps.
COnfitebi
mur tibi
ds: cõfitebimᷣ
et inuocabimꝰ
nomẽ tuum.
Narrabimus
mirabilia tua:

cum accepero
tpˢ ego iustici
as iudicabo.
Liq̄facta ē terra
et oẽs qui habi
tant in ea: ego
confirmaui col
umnas eius.
Dixi iniquis no
lite inique age
re: ⁊ delinquẽ
tibus nolite ex
altare cornu.
Nolite extolle
re in altum cor
nu uestrum: no
lite loqui ad
ũsus deum i

iniquitatem.

Quia neq̄ ab oriēte neq̄ ab occidēte: neq̄ a desertis montibus: quoniam d̄s iudex est.

Hunc humiliat et hunc exaltat: q̄r calix i manu domini vini meri plenus mixto.

Et inclinavit ex hoc in hoc: verūtā fex eī nō est exinanita bibēt oīs peccatores terre.

Ego aūt annūciabo in seculum: cantabo deo iacob.

Et omnia cornua peccatorū cōfringam: et exaltabuntur cornua iusti.

Gloria pri et filio: et s. ant.



Liberasti virga



hereditatis



tue. .i. Tues

deus. psalmum.

Voce mea
ad dominum
clamavi: voce me
a ad deum et
intendit michi.
In die tribu
lationis mee de
um exquisivi
manibus meis
nocte contra eum:
et non sum de
ceptus.

Renuit consolari
anima mea:
memor fui dei et
delectatus sum
et exercitatus
sum: et defecit
spiritus meus.
Anticipaverunt
vigilias oculi
mei: turbatus
sum et non sum
locutus.
Cogitavi dies
antiquos: et an
nos eternos in
mente habui.
Et meditatus
sum nocte cum

corde meo: et
exercitabar et
scopebam spiri
tum meum.

Numquid in e
ternum proiciet
deus: aut non ap
ponet ut complaci
tior sit adhuc.

Aut in finem mi
sericordiam suam
abscidet: a ge
neratione in ge
nerationem.

Aut obliviscet
ur misereri deus:
aut continebit
in ira sua misericordias suas.

Et dixi nunc
cepi: hec mutati
o dextere excelsi.

Memor fui
operum domini:
quia memor ero ab
initio mirabi
lium tuorum.

Et meditabor
in omnibus ope
ribus tuis: et in
adinventionibus
tuis exercebor.

Deus in sancto vi
a tua: quis deus
magnus sicut
deus noster: tu

es d̄s qui fa
cis mirabilia.
Notam fecisti
in populis vi
rtutē tuam: re
demisti in bra
chio tuo p̄plm
tuum filios
iacob ⁊ ioseph.
Viderunt te a
que d̄s: vide
runt te aq̄ et
timuerunt: ⁊
turbate sunt
abyssi.
Multitudo sōi
tus aquarum:
vocē dederunt
nubes.
Et enim sagitte
tue trāseunt:
vox tonitrui
tui in rota.
Illuxerunt co
ruscatiōes tue
orbi terre: cō
mota est ⁊ cō
tremuit terra.
In mari via tua
et semite tue
in aquis mult̄:
et vestigia tu
a nō cognoscē
tur.
Deduxisti sic
ut oves p̄plm tuū:

· inma ·

in manu moysi ⁊ aaron. ant.



Tu es deus q



facis mirabili



a. .i. Iſcli



nate. E o e ps.

Attēdite ppłe meus legem meam: inclinate aurē ur̃am in uerba oris mei.

Aperiam in parabolis os meū: loquar ꝓpositiōes ab initio.

Quanta audiuimus ⁊ cognouimus ea: et pr̃es nr̃i narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filijs eorum in gñatiōe altera.

Narrantes laudes domini ⁊ uirtutes eius

et mirabilia eius que fecit.

Et suscitavit testimoniū in iacob: et legē posuit i isrl'.

Quanta mandavit pr̄ibꝫ nr̄is nota facē ea filiis suis: ut cognoscat generatio altera.

Filii qui nascētur et exurgēt: et narrabunt filiis suis.

Ut ponant i deo spē suam: ⁊ n̄ obliviscantur operum dei: et mandata eius exquirant.

Ne fiant sicut pr̄es eorum: gn̄atio p̄va et exasperans

Generatio q̄ n̄ direxit cor suum: ⁊ non est creditus cum deo sp̄s eius.

Filii effrē intēdentes ⁊ mittētes arcum: conversi sunt in die belli.

Non custodierunt testamentum dei: et in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliti sunt benefactorum eius: et mirabilium eius que ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos.

Interrupit mare et perduxit eos: et statuit aquas quasi in utre.

Et deduxit eos in nube diei: et tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petram in heremo: et adaquavit eos velud in abysso multa.

Et eduxit aquam de petra: et deduxit tamquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc peccare

ei: in iram excitaverunt excelsum in inaquoso.

Et temptaverunt deum in cordibus suis: ut peterent escas animabus suis.

Et male locuti sunt de deo: dixerunt numquid poterit deus parare mensam in deserto.

Quoniam percussit petram et fluxerunt aque: et torrentes inundaverunt.

Numquid et panem poterit dare: aut parare mensam populo suo.

Ideo audivit dominus et distulit: et ignis accensus est in iacob: et ira ascendit in israhel.

Quia non crediderunt in deo: nec speraverunt in salutari eius.

Et mandavit nubibus desuper: et ianuas celi aperuit.

Et pluit illis manna ad manducandum: et panem celi dedit eis.

Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in habundantia.

Transtulit austrum de celo: et induxit in uirtute sua affricum.

Et pluit super eos sicut puluerem carnes: et sicut arenam maris uolatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.

Et manducauerunt et saturati sunt nimis: et desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.

Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: et ira dei ascendit super eos.

Et occidit pingues eorum: et electos israel impedivit.

In omnibus his peccaverunt adhuc: et non crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate dies eorum: et anni eorum cum festinatione.

Cum occideret eos querebant eum: et revertebantur et diluculo veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: et deus excelsus redemptor eorum est. psalmi di.

Et dilexerunt eum in ore suo: et lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum

non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Ipse autem est misericors: et propitius fiet peccatis eorum: et non disperdet eos.

Et habundauit ut auerteret iram suam: et non accendit omnem iram suam.

Et recordatus est quia caro sunt: spiritus uadens et non rediens.

Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso.

Et conuersi sunt et temptauerunt deum: et sanctum israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in egypto signa sua: et ꝓdigia sua ĩ cãpo thaneos.

Et ꝯuertit in sanguinem flumina eorũ: et ymbres eorũ ne biberẽt.

Misit ĩ eos cinomia ⁊ comedit eos: ranã ⁊ et disperdidit eos.

Et dedit erugini fructus eorum: ⁊ labõres eorum locuste.

Et occidit in grandine vineas eorum: et moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorũ: et possessiõem eorum igni.

Misit in eos irã indignatiõis sue: indignatiõem et iram et tribulatiõem: immissiões per anglõs malos.

Viam fecit semite ire sue: et nõ pepercit a morte aīab; eorū: ⁊ iumenta eor i morte cõclusit.

Et ꝑcussit oē primogēitum in terra egypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis cham.

Et abstulit sicut oues populū suum: et ꝑduxit eos tamq̄ gregem i deserto

Et deduxit eos in spe et non timuerunt: et inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos i montē sctificatõis sue: montē quē acquisiuit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes: et sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in taberna

culis eorum:
tribꝰ israhel.
Et tẽptauerũt
et exacerbaue
runt deum ex
celsum: ⁊ testi
monia eius
nõ custodierũt.
Et auerterunt
se ⁊ nõ seruaue
runt pactum:
q̄admodum
p̄res eorum ꝯ
uersi sunt in
arcũ p̄uum.
In irã cõcitauẽ
runt eum i col
libꝰ suis: et i

sculptilibꝰ suis
ad emulatiõem
eum prouoca
uerunt.
Audiuit dš ⁊
sp̄uit: et ad ni
chilum redeḡ
ualde israhel.
Et repulit tab
ernaculum silo:
tabernaculum
suũ ubi habi
tauit in hoib̄.
Et tradidit i cap
tiuitatẽ uirtu
tẽ eorum: et
pulcritudinẽ
eorum i manꝰ

inimici.

Et ꝯclusit in gladio p̄plm̄ suum: et hereditatem suam sprevit.

Iuvenes eorum comedit ignis: et virgines eorum non sunt lamentate.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: ⁊ vidue eorum nō plorabantur.

Et excitatus ē tamq̄ dormiēs dominus: tamq̄ potens crapulatus a vino.

Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit ill'.

Et repulit tabernaculū ioseph: et tribū ephraī nō elegit.

Sed elegit tribum iuda: mōtem syon quē dilexit.

Et hedificavit sicut unicor

niũ ſcificium ſuum: in terra quam fundauit in ſecula.

Et elegit dauid ſeruum ſuum: et ſubſtulit eum de gregib⁹ ouium: de poſt fetantes accep eum.

Paſcere iacob ſeruum ſuum: 7 iſrl' hereditatẽ ſuam.

Et pauit eos in innocẽtia cordis ſui: et in intellectibus manuũ ſuarũ deduxit eos. an.


Inclinate au
rem ueſtrã in
uerba oris mei.
a. Propitius
esto. E u o u a e. ps.

Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt ierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina seruorum tuorum escas uolatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre.

Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu ierusalem: et non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium uicinis nostris: subsannatio et illusio hiis qui in circuitu nostro sunt.

Usque quo domine irasceris in finem: accendetur uelud ignis zelus tuus.

Effunde iram tuam in gentes que te non nouerunt: et in regna que nomē tuum non inuocauerūt.

Quia comederunt iacob et locū eius dēsolauerunt.

Ne memineris iniquitatum nr̄arum antiquarum: cito anticipēt nos mīe tue: quia pauperes facti sum⁹ nimis.

Adiuua nos ds̄ salutaris nr̄: et ꝓpter gl'am nominis tui dn̄e libera nos: et ꝓpitius esto pc̄cis nr̄is, ꝓpt̄ nomē tuum.

Ne forte dicāt in gētibus ubi ē deus eorū: et innotescat in natiōibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis seruorum tuor qui effusus ē: introeat i cōspectu tuo gemitus compeditorū.

Scdm magnitudinē brachii tui.

posside filios
mortificatorꝝ.
Et redde uicĩs
nr̃is septuplũ
in sinu eorꝝ: i
propꝛ̃ium ipsoꝝ
qđ exprobraⁱ
uerit tibi dñe.
Nos autẽ pplś
tuus ⁊ oues
pascue tue: cõ
fitebimur tibi
in seculum.
In gñatõẽ ⁊ ge
neratõẽ: annũc
tiabimus lau
dem tuam.
Gloria patri. ít.


Propitius e
sto peccatis no
stris dñe. Al
leluya alleluy
ya alle luy̆.

℣. Deus in sãcto
uia tua Quis đ
us magnus sicut

deus noster.

Lectio brevis. c

Qui confidunt in domino intelligent veritatem: et fideles in dilectione acquiescent illi Quoniam donum et pax est electis eius.

R. br.

Exultate deo adiutori nostro Iubilate deo Jacob.



Exultate de o ado. ℟.



Alleluya. E o e



Qui regis israel intende: qui deducis velut ovem ioseph.

Qui sedes super cherubim: manifestare coram effraim beniamin et manasse.

Excita potentiam tuam et veni: ut salvos faci as nos.

Deus cōuerte nos: et ostēde faciē tuam et salui erimus.

Dn̄e ds̄ uirtutū: quousq; irasceris super oratiōem serui tui.

Cibabis nos pane lacrimarum: et potū dabis nobis in lacrimis in mensura.

Posuisti nos ī cōtradictiōē uicinis nr̄is: et inimici nr̄i subsannauerūt nos.

Deus uirtutū cōuerte nos: et ostēde faciē tuam et salui erimus.

Vineam de egipto trāstulisti: eiecisti gētes et plantasti eā.

Dux itineris fuisti in cōspectu eius: plantasti radices eius et impleuit terrā.

Operuit mōtes umbra eius:

120

et arbusta eius cedros dei.

Extendit palmites suos usque ad mare: et usque ad flumen propagines eius.

Ut quid destruxisti maceriam eius: et uindemiant eam omnes qui pretergrediuntur uiam.

Exterminauit eam aper de silua: et singularis ferus depastus est eam.

Deus uirtutum conuertere: respice de celo et uide et uisita uineam istam.

Et perfice eam quam plantauit dextera tua: et super filium hominis quem confirmasti tibi.

Incensa igni et suffossa: ab increpatione uultus tui peribunt.

Fiat manus tua super uirum dextere tue: et super filiuz hominis quē cōfirmasti tibi.

Et nō discedimus a te: uiuificabis nos ⁊ nomen tuum inuocabimus.

Domine deus uirtutū ꝯuˊte nos: et ostēde faciē tuam et salui ẽrimus.

Exulta .ps. te deo adiutori nr̄o: iubilate deo iacob.

Sumite psalmū et date tympanum: psalteriū iocunduz cum cythara.

Bucinate ī neomenia tuba: in insigni die solempnitatiˊ uestre.

Quia p̄ceptum in israhel est: et iudicium deo iacob.

Testimoniuz in ioseph posuit illud: cū exiret de terra egypti: linguaz quam non noverunt audivit.

Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt.

In tribulatione invocasti me et liberavi te: et exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis.

Audi populum meus et contestabor te: israel si audieris me non erit in te deus recens. neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.

Et non audivit populus meus vocem meam: et israel non intendit mihi.

Et dimisi eos

secundum de
sideria cordis
eorum: ibunt
in adinventio
nibus suis.
Si populus meus au
disset me: israel
si in viis meis
ambulasset.
Pro nichilo for
sitan inimicos e
orum humi
liassem: et super
tribulantes e
os misissem
manum meam.
Inimici domini men
titi sunt ei: et
erit tempus eor
um in secula.
Et cibavit eos
ex adipe
frumenti: et de
petra melle sa


turavit
eos. .a. Exul
tate deo adi
utori nostro. .a.

Tu solus altissi



mus. E. o. e. Ps.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.

Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.

Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperem iustificate.

Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate.

Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terre.

Ego dixi dij estis: et filij excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini: et sicut unus de principibus cadetis.

Surge deus iudi

ca terram: qm̄ tu h̄editabis ĩ oib; gētib;. ps.

Deus qs similis erit tibi: ne taceas neq; compescaris deus.

Qm̄ ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt te extulerunt caput.

Super populũ tuum malignauerunt cõsiliũ: et cogitauerũt aduersus scõs tuos.

Dixerunt uenite et disperdamus eos de gente: & non memoretur nomẽ isrl' ult̄.

Qm̄ cogitauerunt unanimiter: simul aduersũ te testamentum disposuerunt tabernacula ydumeorum & ismahelite.

Moab & agareni gebal et amon & amalech: alienigene cũ

habitātib⁹ tyr̄.
Etēim assur
uenit cum illis:
fc̄i sunt in ad
iutorium filiȷ́
loth.
Fac illis sicut
madian et sy
sare: sicut ia
bin in torrēte
cyson.
Disperierunt i
endor: fc̄i sunt
ut stercus terre.
Pone princi-
pes eorum: si
cut oreb et zeb
et zebee et sal
mana.
Om̄s pricipes
eorum: qui di-
xerunt hereditate
possideamus
scūarium dei.
Deus m̄s pōe
illos ut rota:
et sicut stipu
lam ante faci
em uenti.
Sicut ignis q
cōburit siluā:
et sic flāma ꝯ
burēs montes:
Ita persequēris
illos i tēpestāt
tua: et in ira

ua t̄bab' eos.
Imple facies
eorum ignomi
nia: et querent
nom̄ tuū dn̄e.
Erubescant et
conturbentur
in seculuz scl̄i:
et confundan
tur ⁊ pereant.
Et cognoscant
quia nom̄ tibi
dominus: tu
solus altiſsim'
in omni t̃ra. a.



Tu solus al



tiſsimus sup



omnē terram.



a. Bnedixi



sti. E. o. E. ps.
Quam dilē
cta tabna
cula tua dn̄e
uirtutum: co
cupiscit et de
ficit anima

mea in atria domini.

Cor meum et caro mea: exultauerunt in deum uiuum.

Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos.

Altaria tua domine uirtutum: rex meus et deus meus.

Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus uir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrimarum: in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legis lator: ibit de uirtute in uirtutem: uidebitur deus deorum in syon.

Domine deus uirtutum

exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.

Protector noster aspice deus: et respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et ueritatem diligit deus: gratiam et gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine uirtutum beatus homo qui sperat in te. psalmus.

Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tue:

operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tue.

Converte nos deus salutaris noster: et averte iram tuam a nobis.

Numquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem.

Deus tu conversus vivificabis nos: et plebs tua letabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: et in eos qui convertuntur ad cor.

Veruntamen prope

tum eius eum ſalutare ipſius ut inhabitet gloria in terra nr̃a.

Miſericordia et ueritas obuiauerunt ſibi: iuſticia 7 pax obſculate ſūt.

Ueritas de terrã orta eſt: et iuſticia de celo pſpexit.

Etenim dñs dabit bñignitatẽ et terra nr̃a dabit fructum ſuum.

Iuſticia ante eum ambulabit: et ponet in uia greſſus ſuos.

Glã pri 7. añ.



Benedixiſti do-



mine terram



tuam. .i. Al-



leluia allelu-



ya alleluya



Cap.

Beati q habitāt in domo tua domine

In secula se. Ad. l.



Tibi soli pec



cavi domine



miserere mei.

ps. Miserere. īt.



Dirigatur oratio.



Quintus. psal.

Domine dēs salutis mee: in die clāui ⁊ nocte corā te. Intret in conspectu tuo oīo mea: inclina aurē tuā ad precem meam. Quia repleta est malis aīa

mea: et uita
mea in inferno
appropinquavit.
Estimatus sum
cum descenden
tibus in lacum:
factus sum sicut
homo sine adiuto
rio inter mortu
os liber.
Sicut uulnera
ti dormientes in
sepulcris quo
rum non es
memor amplius:
et ipsi de manu
tua repulsi sunt.
Posuerunt me

in lacum inferi
ori: in tenebro
sis et in umbra
mortis.
Super me con
firmatus est
furor tuus: et
omnes fluctus tu
os induxisti
super me.
Longe fecisti no
tos meos a me:
posuerunt me
abhominationem sibi.
Traditus sum
et non egredie
bar: oculi mei
languerunt

pre inopia.
Clamaui ad
te domine: to
ta die expandi
ad te manus
meas.
Nunquid mor
tuis facies
mirabilia: a
ut medici su
scitabunt et
cōfitebunt̄ t̄.
Nunquid nā
bit aliquis
in sepulcro
mīam tuam:
et ūitatē tuā i
in ꝑditione

Nunquid co
gnoscentur i
tenebris mira
bilia tua: et
iustitia tua i
terra obliuiōis
Et ego ad te
domine clāui
: et mane orō
mea p̄ueniet te.
Ut quid dn̄e
repellis orōem
meam: auer
tis faciem tu
am a me.
Pauper sum e
go et in labori
bus a iuuentu

te mea: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt ire tue: et terrores tui conturbaverunt ꝛc. Circumdederunt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum: et notos meos a miseria.


ã. Intret o
ratio mea in
conspectu tuo
domine. Ant.
Domine. euouae

Domine. Ps. Domine refugium factus es

nobis: a generatione in generationē

Prius q̄ mōtes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et usq; in seculum tu es deus.

Ne avertas hominē in humilitatē: et dixisti convertimini filii hominū.

Qm̄ mille anni ante oclos tuos: tamq̄ dies hesterna que preterijt.

Et custodia in nocte: que p nichilo habentur eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat: mane floreat et transeat: vespere decidat indurет et arescat.

Quia defecim' in ira tua: et in furore tuo turbati sumus.

Posuisti iniqtates nr̄as in conspectu tuo: seculum nr̄m in illuminatione uultus tui.

Quoniam om̄is dies nr̄i defecerunt: et in ira tua defecimus.

Anni nr̄i sicut aranea meditabuntur: dies annorū nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor ⁊ dolor.

Qm̄ superuenit mansuetudo: et corripiem̄.

Quis nouit potestatē ire tue: et p̄ timore tuo iram tuam dinumerare.

Dexteram tuam sic notam fac: et erudi

tos corde in sapientia.

Convertere domine usque quo: et deprecabilis esto super servos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: exultavimus et delectati sumus omnibus diebus nostris.

Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti annis quibus vidimus mala.

Respice in servos tuos et in opera tua: et dirige filios eorum.

Et sit splendor domini dei nostri super nos: et opera manuum nostrarum dirige super nos: et opus manuum nostrarum dirige

ant. Domi


ne refugium
factus es no
bis. a. Cān
